



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Destinatur in Bauarium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

*Destinatur  
in Bauarium*

Inter hæc Bauariæ Dux, Dux Guilielmus stu-  
dio ardens religionis tuendæ, expertus olim sapi-  
entiam, & industriam Claudij Iaui, tres à Pontifi-  
ce Maximo Theologos, qui in Academia Ingol-  
stadiana docerent, ipsumque nominatim Iauium  
impetravit. Ei socios adiunxit Ignatius Alfonsum  
Salmeronem, atque Canisium. Eo enim tempo-  
re, quo societas in maxima paucitate operarum  
certatim per omnes prouincias accersebatur, atq;  
propagabatur, haud quaquam magnis viris diu-  
tina mora vno, eodemq; loco concedebatur: sed,  
ut prima posuerant alicubi fundamenta, ad po-  
nenda alibi traducebantur. Ergo Canisius paulò  
plus anno Messanæ exacto in Bauarium mitten-  
dus Romam accitur. Reliquit nobile sui pignus  
in eo Collegio non solum illustria virtutum ex-  
empla toti posteritati imitanda, sed etiam sacra  
duo crania Virginum, Martyrumque de beatæ  
Vrsulæ comitatu. Ea Coloniæ sanctimoniales,  
quibus ab Capitolio, quod incolunt, Capitolinæ  
est nomen, ipsi donarant, dum apud eas concio-  
nes haberet: inde transmissa Romam B. Ignatius  
Collegio Mamertino assignauit: quo cuncta Ci-  
uitas magnifico apparatu, celebrique pompa ac-  
ceptas

1549.